

tus se Magiam didicisse fassus est , sit vel fuerit homo de incantatione suspectus, an adhuc vivat, vel ob istud crimen punitus sit.

5. *Num arte, quam didicit, usus fuerit?* Hoc est, an non tantum substiterit in terminis nuda scientia, sed etiam re ipsa experiri voluerit, numquid verum sit, quod didicerit ; & ita experimentum facere conatus fuerit.

6. *Num quid sua arte damnum dederit ? & cum primis, quibus personis nocuerit ?* Et si hoc fateatur, Judex iterum accurate inquirere tenetur, numquid etiam illud, quod tortus est confessus, in rei veritate ita se habeat ? Inde si tortus fatetur, se pecora, infantes, aut adultos homines occidisse, vel etiam illis damnum sua arte dedisse, tum tali confessioni fides non habetur , nisi postea per exactam investigationem constiterit, revera pecora, aut homines fuisse occisos, vel etiam illis illuminatum fuisse damnum & quidem mediis incognitis & insolitis. Prosp. Fatinac. l. i. tit. i. qu. 2. num. 26. fol. 20. Oper. Crimin. Vide Besold. in Thes. Pract. fol. 405. &c seqq.

## ARTIC. LIII.

*Interrogationum modos generales , pro varietate personarum, locorum, temporum attemperari debere, ut confessiones in tortura plene habeantur.*

*Von gemeinen unbekanten Fragstücken/auff Bekanntschaft/ die auf Marter geschicht.*

**N**ach den obgemeldten kurzen Unterrichtungen/ kan ein jeder Verständiger wol mercken/ was nach Gelegenheit jeder Sachen/auff die Bekanten Misserthat des Gefragten/ weiter und mehr zu fragen/ das zu Erfahrung der Wahrheit dienstlich ist/ welches alles zu lang zu beschreiben wäre. Aber ein jeder Verständiger aus dem obgemeldten Anzeigen wol verstehet/ wie er solch Beyfrag in andern Fällen thun soll/ darum solch Warzeichen und Umstände von demjenigen der ein Misserthat bekant hat/ gefragt werden/ die kein Unschuldiger wissen/ oder sagen kan/ und wie der Gefragt die fürgeholtene Unterscheid erzählt / sol auch eigentlich auffgeschrieben werden.

AD